



- S R A T I O N E S
- I. Oratio Teutonici in promotione Doctorum.
II. De Genesi de dicta Cilippi.
III. Cytroi de origine foris nullentia.
IV. Preissen De scripta Novi et Veteri tam
domestica q̄ scolasticā.
V. Joannis Sacrae Scripturæ 1. De observando Christi die.
2. De morte arcana. 3. De mysterio trium
Patriarcharum.
VI. Oratio q̄ny domini de certo genere inter homines
nobiliti deligendo.
VII. Thucanderius de Arte Medicali.
VIII. Grunsi de Ḡtia.
IX. Oratio de studiis Ḡtiae ejusq; usi in vita M. Bergii.
X. Cytroi de Crisoyria.
XI. De vita et obitu Nicolai Leutringeri.
XII. De vita et obitu Annae Elektorissae saxonie.


EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.


Dbl. 30,


























DE
IVRIS PRV DEN-
TIAE ROMANAE ORI-
gine & Studio Iuris rectè
inchoando,

O R A T I O

*Cuidam Iuris studioſo olim
præscripta*

A

DAVIDE CHYTRÆO.



3

*Excusa typis hæredum Iohan-
nis Cratonis.*

ANNO M. D. LXXXV.

I

ORATIO DE IURIS PRUDENTIAE ROMANAEE ORIGINE, ET Studio Iuris recte in- choando.

PARS IT DEVS
in mentes humanas, aeternae sapientiae & iusticie
suaradios. Noticias legum & virtutum omnium:
hanc praecepit ob causam,
ut mentes nostræ, radijs lucis diuinæ illu-
stratae, imagines & velut specula essent men-
tis diuinæ, quæ Deum conditorem, & summa
in eo bona, sapientiam & iusticiam, no-
bis monstrarent: & Deum ipsum, sapien-
tem, iustum, veracem, beneficum, iudicem
& vindicem scelerum & omnino talem esse
monerent, qualem se in imagine sua, seu sa-
pientia legum & virtutum lucente in men-
tibus humanis, expressit. Flagitante item,
ut omnes Homines, ipsi conditori & Arche-
typo conformes sint, & suas mentes, volun-
tates, consilia, studia, & actiones, ad nor-

A 2

mam

DE ORIGINE

mam sapientiae & iustitiae Dei, in noticijis
naturae insuis, & doctrina legum inde de-
texta, patefactam, gubernent. Vult enim
Deus regulam & normam vitæ humanae,
ταξιδεύτε καὶ οὐρανού ψυχῶν ἡ πολιτείαν από-
στων, esse Legem suam, seu sapientiam &
voluntatem diuinam, cui tanquam arche-
typo, omnes naturæ rationales similes esse &
congruere debent.

Vt igitur hec vita norma, & in gene-
re humano nota esset, & homines ei obedi-
rent, Deus Ecclesiasticam & politicam Gu-
bernationem instituit. Ac in Ecclesia, non
modo vocem promissionis de Christo, ater-
ne iusticie & vita datore, verum etiam De-
calogum, qui eruditissima Legum omnium
epitoma & fons est, perpetuo conseruavit.
Et politicos Magistratus addidit, ita Deca-
logi seu LEGIS, quam vult Deas vntere-
tricem esse, CVSTODES & executores
sint, & subditorum mores iuxta legum nor-
mam regant, & obedientes ac iustos defen-
dant, inobedientes vero & sceleratos seuerè
puniant. mo ipse ORDO Politicus seu discri-
ptio personarum que regunt ac reguntur:
& rerum omnium ad societatis humanae

IVRIS.

conservationem & salutem necessariarum,
videlicet legum, conjugiorum successionum,
contractuum, iudiciorum, pœnarum, arti-
um &c. ad normam summae legis seu sapi-
entiae & iusticie diuinæ congruens omni-
um maximè illustre de Deo testimonium
est. Sapientiam enim Dei ostendunt leges
discernentes rectè facta à prauis, & iudicia
que huius discriminis à legibus facti execu-
tores sunt, & ipse ordo personarum & re-
rum ad regulam certam accommodatus. De-
inde iusticiam Dei demonisrant iudicia &
pœna scelerorum & equalitas in contra-
ctibus. Bonitatem vero & presentiam
Dei inter homines, miranda inter tot con-
fusiones pericula & difficultates, socie-
tatis humanae & Politiarum conseruatio &
defensio ostendit: Quas quidem eam potis-
simū ob causam consociauit, & Magistra-
tibus, legibus, iudicijs, contractibus & alijs
neruis deuinxit Deus, ut in cœtu, & fre-
quentia Homines simul viuentes, alijs alijs
veram Dei noticiam communicare, & sue
fidei ac confessionis de Deo, & iusticie, be-
neficentiae ac cæterarum virtutum Deo plaz-
centium testimonia & exempla ostendere
possent.

A 3

DE ORIGINE

Huic summo operi seruiunt nostræ
leges quæ sunt vincula & nerui politiarum:
& iuris consulti prudentes, quibus Legum
custodia & interpretatio in Scholis, iudicijs,
& Republicæ gubernatione commendata est.

Maxime igitur decet nos sanctissimo
Iuris & Legum studio destinatos hæc testi-
monia de Deo, in nostris legibus & toto or-
dine politico impressa, sæpè & attentè con-
siderare: & gratis pectoribus Deum condi-
torem politiarum, & fontem iuris nostri,
agnoscere & celebrare: & doctrinam le-
gum à Deo monstratam rectè discere, & ad
gloriam Dei & communem generis humani
salutem referre. Quare cùm de iuris seu le-
gum Romanarum origine & studio recte &
utiliter inchoando, dicere instituissim: non
aliunde quād à Deo exordiri orationem vo-
lui. Quem toto pectore oro, ut sapientiam le-
gum, & eruditam hinc iuris formam et do-
ctrinam, in plerisq; Europeæ Scholis & Polit-
ijs, & in hac etiam Academia nunc ipsius
beneficio florentē seruet, & Republicas no-
stras ipse tueatur & regat, ut non tantum
tranquillæ pacis & discipline seu guberna-
tionis morum honestæ, sed etiam vera de-

Ded.



I V R I S.

Deo doctrina & Ecclesiae Christi domicilia,
& Templa Dei ad omnem posteritatem ma-
neant. Gubernet etiam mentem & linguam
orantis, ut de Legum Romanarum origine et
studio recte instituendo, vera, recta, Deo
grata, & Ecclesiae ac Reipublicae & meis ac
aliorum studijs salutaria dicere possim.

Prima ORIGO & fons iuris ac LEGVM honestarum omnium est M E N S.
DIVINA sanciens aeternum et immotum
discrimen honestorum & turpium seu faci-
endorum & fugiendorum, patefactum in
LEGE Dei seu preceptis Decalogi, Quo-
rum noticias in prima creatione Deus in na-
turam hominum transfudit, ut ipsum con-
ditorem nobis monstrent, ac ut nostrae men-
tes & nostri mores cum diuina mente con-
guant.

Ex hac eterna sapientia & norma iu-
sticia immota, lucente in mente diuina, tan-
quam ex augusto & perenni fonte emanarunt
LEGES omnium Politiarum honestae:
Quæ partim sunt ipsa vox Decalogi, partim
ex illis principijs naturalibus seu legibus na-
ture, per sapientes Legum latores & Ma-
gistratus necessaria vel probabili ratione

A 4 deris.

DE ORIGINE.

deriuatae & detextae sunt, ut vel adminicula
sint & occasiones seruandi legem naturae
vel circumstantias aliquas in executione
Decalogi determinent.

Sancit lex diuina naturae insita, ut sint
magistratus certi, quos loco parentum nobis
prefectos debita obedientia & honore pro-
sequimur. Leges humanae seu positivae in
diuersis politiis diuersas Magistratum for-
mas alibi Monarchiam legibus certis circu-
cumscriptam, alibi Aristocratiam, Romae
duos consules annuos, in his Baltici litoris
urbibus quatuor Consules perpetuos &c.
constituunt. Præcipit autem lex diuina, ut
singuli presentibus Magistratibus earum
politiarum, in quibus viuunt, reuerenter
obediant.

Lex naturae seu Decalogus in genere
prohibet furtum, & præcipit, ut singuli ces su-
as proprias teneant, & ab alieno abstineant.
Ex hoc fundamento amplissimo pars legum
extructa est, que rerum Dominia dicer-
nunt, & quid sit suum cuiusque, & quam
multiplex su furtum, ostendunt, & quibus
modis proprietatem & dominium rerum, per
successiones in hereditatibus ex testamento
vetab.

IVRIS ET LEGVM.

vel ab intesto, per contractus vrescriptio-
nem: & le it me assequi possimus: ordi-
nant, quæ personæ & in quibus gradibus
succedere possint in bonis Feudalibus ut voc-
ant seu fundis beneficiarijs, & alijs.

Sic cum lex diuina in genere delicta
puniri iubeat, Leges humanae seu positivæ,
modum pœnæ, pro delictorum qualitate, &
ratione circumstantiarum, determinant.

Ita ex fontibus & fundamentis De-
calogi seu legum naturæ, ex mente diuina in
humanas mentes transfusarum uniuersum
lus, quo hæc ciuilis horum societas regi-
tur, omnes Atticorum, Massyliensium,
Romarorum & aliarum gentium Leges ho-
nestæ, partim demonstrationibus, partim
probabilibus rationibus, deriuatae & extru-
ctæ sunt.

Licet igitur quarumcunq; gentium le-
gibus politiis. Homini Christiano uti, quæ
cum hoc fonte legum naturæ congruunt.

Cum autem in nostris & totius ferè Eu-
ropæ politijs summo sapientiss. gubernato-
rum consensu, tot seculis Romanae Reipubli-

A s cæ L 6-

DE ORIGINE.

et Leges receptae & usurpatae sint nec alia honestior et eruditior ac humanior de omnibus Republica & ciuilis vita partibus, de forma iudiciorum, de paenitentia delictorum, de contractibus de Testamentis, de successione, de hereditatibus de coniugij etc. Iuris universi doctrina extet: DE ROMANI
IURIS POSITIVI, ut vocant, ORIGINE, & COGNITIONE RECITE INSTAVENDA potissimum.
Hoc in loco dicam.

Primum autem fontem & velut corpus, omnis publici priuatique Iuris Romani, & totius ciuilis scientiae descriptis omnibus ciuitatis utilitatibus ac partibus, in Duodecim Tabulis, eleganter & neruosa breuitate contentum fuisse, Cuero & Liuius scripserunt. Latet quidem, initio urbis Romanae, Leges de tota forma gubernationis a Romulo de Religionibus & ceremonijs sacrorum a Numa, de iure Fecialium ab Anco de ienitium & contractibus a Servio Tullio &c. fuerant: Quae leges Regiae & Ius ciuile Papyrianum, eo quod a Sexto Papyrio collectae essent, nominatae sunt. Ex quibus eas, quae ad regnum & tyrannidem stabilien-

dam

LEGVM ROMANARVM.

dām comparatē fuerant, post exactos Reges, populus abeleuit. Anno sedecimo post, cūm in sacrum montem secessit, Sacras Leges, & earum custodes, Tribunos plebis sibi constituit. Quarum & Cicero aliquot in locis meminit.

Postea verò crescente urbe, & ciuitum ac litium multitudine, populus certam & equabilem ac perpetuam Iuris scripti formam, qua in regendis iudicijs, & legitima in rebus causisq; ciuium & qualitate conseruanda omnes ex aequo uerentur, postulauit. Missi sunt itaq;, communi senatus & populi decreto, tres legati, Athenas, qui inclitas Solonis leges, ante annos 130 primum ciuibus Atticis promulgatas, describerent, & aliarum Græciae ciuitatum instituta, mores, & iura cognoscerent. Florebat tum ciuitas Attica, post bellum Xerxis, legum suarum beneficio & Themistoclis, Aristidis ac Cimonis sapientia, & virtute, rursus instaurata, ut vere nātūra ē illā ad & wājdevors, & Republicā, legibus, imperio, & omni virtute, gloria & dignitate præstans exemplum esset. Regebat Rempublicam consilio.

DE ORIGINE

consilio & authoritate sua PERICLES,
annis circiter 24. antequam funestum ciui-
tati Attica & toti Graciae bellum Pelopon-
nesiacum exarsisset. Quo ipso tempore et-
iam, ESDRAS & NEHEMIAS, ve-
ra pietate & sapientia prstantes populi Ius-
daici Duces, qui in aula Persica Artaxerxis
longimani una cum Themistocle Athenien-
sium Duce aliquandiu versati fuerant, ciui-
tatem Ierosolyma, legibus, adificijs & armis
restituebant & ornabant. Vigebat Athenis
Areopagitarum Senatus, quem paulo ante,
aduersus Ephialtis conatus seditiosos, iusti-
sticia & fortitudine sua Cimon defendebat
& conseruaret.

Cum his grauissimarum rerum in Re-
publica Attica sapientissimis iudicibus, &
in primis cum PERICLE, viro regendae
Reipublicae peritissimo, colloqui de uniuersa
Republika, iure, legibus & iudicijs rectissi-
mè constituenda, Legati Romanorum potue-
runt. Cumqz triennium in hac legatione
sua consumferint consentaneum est, eos, non
Athenis modo, diu & diligenter omnibus
de rebus cum sapientissimis hominibus con-
tulisse, verum etiam alias Gracorum urbes,
&

LEGVM ROMANORVM.

& in primis Lacedæmonem, ut Lycurgi instituta penitus considerarent: & magnæ Græciae ciuitates, quibus paulò ante Zaleucus & Charondas, Pythagoræ οὐγχεονοι, leges honestissimas dederant, perlustrasse.

Reuersis autem Legatis, Decemviri Romæ creati sunt, qui communi consilio & opera, tum ex patrijs consuetudinibus & legibus Sacratis, quas ne abrogarent disserente à populo cœtum erat, tum ex Solonis & reliquarum ciuitatum Græcarum legibus, certam & perpetuam iuris uniuersi formam, de omnibus ciuitatis partibus & utilitatibus, & eleganti absoluta breuitate componerent: exhibito etiam in consilium Hermodoro Ephesio philosopho, quem Græcum natione & tunc in Italia exulantem, Romano senatui autorem mittendi in Græciam legatos & legum inde petendarum fuisse, ex celebri illa Pomponij lege appareat.

Descriptum igitur velut corpus omnium legum Reipublicæ necessariarum, & consensu senatus ac populi totius comprobatarum, in duodecim Tabulis æreis publicè in
foro

DE ORIGINE.

ferocuriæ adfixis, propositum est: anno post exactos Reges sexagesimo, ante natum Christum 446. quas XIII. legum tabulas sua adhuc ætate, Liuius, in immenso illo aliarum super alias aceruatarum legum cumulo fontem omnis publici priuatig_z iuris fuisse testatur. Et Cicero de Oratore inquit, Bibliotecas omnium philosophorum & iuris-consultorum, unico illo XIII. Tabularum libello, si quis legum fontes & capita viderit, & authoritatis pondere & utilitatis ubertate superari. Itaq_z ut nostri pueri doctrinæ Christianæ Catechesin memoriae manda-re coguntur, ita qui Romæ ad Rempub. regendam educabantur statim à primis annis has XIII. Tabularum leges, ut carmen necessarium, ediscabant. Utinam vero verum dicarent, nec à Cicerone ipso refutarentur, qui leges XIII. Tabularum eas ipsas esse somniant, quas Cicero lib. 2. & 3. de legibus recitavit. Durarunt adhuc Romæ leges XIII. Tabularum, & pro Rostris publice adfixæ faerunt, Diodori Siculi temporibus, qui sub Cæsar is Augusti Imperio vixit. Imò Cyprianus adhuc sua ætate, sint licet incisa les-

ges:

LEGVM ROMANARVM.

ges XII I. Tabularum & publico ære iure præscripta, tamen inter leges ipsas delinqui inscribi iura ipsa peccari, & innocentiam nec illuc, ubi defenditur, conseruari, queritur. Verum nostris temporibus vix quinquaginta legum illarum capita nobis reliqua fecit fortuna, quæ passim ex Cicerone & Pandectis potissimum, & alijs veteribus, exquisita diligentia & iudicio collecta, peculiari commentario explicauit Franciscus Baldeuinus.

Promulgatis autem Romæ legibus XII I. Tabularum, certæ & solennes actionum formæ, ex ijs compositæ sunt, quibus in disceptandis causis, populus, ius suum iuxta Leges sibi in iudicij tribui petens, uteretur. Hæ actionum formulæ, una cum fastis & legum interpretandarum Scientia aliquot annos soli collegio Pontificum, velut singularia mysteria, notæ erant: & ab his populo velut oracula reddebantur: donec tandem Cn Flavii, scriba Appi Claudi, & fastos & legum actiones, certo libro descriptas, populo tradidit. Plurimum vero hisce initys seu cunabulis
(ut

DE ORIGINE

(ut Pomponius noster loquitur) Iuris prudenter Romane adiumenti attulit, is, quem Ennius laudavit, Egregie cordatus homo cautus AElius Sextus, qui anno urbis 556. Consul fuit, cuius adhuc Alexandri eueritate, liber extitit quem Tripartitam inscripsérat, propterea quod singulas XII. Tabularum leges ordine trinis capitibus disserit explicasset, ita ut primum verba legis, deinde eorum interpretationem, tertio legis actionem adiungeret. Hoc Sexto AElio consule prætor fuit Marcus Cato, vir ingenuo doctrina, virtute, eloquentia & iuris ciuilis peritia, imprimis excellens, qui non modo libris editis & dictis & Edicto suo, leges XII. Tabularum illustravit, verum etiam in familia sua, velut patrimonium, iuris ciuilis doctrinam, ad filium & nepotes, Iuris scientia præcipue clara transmisit. Soliti erant autem Prætores singulis annis, Edicta, cum legibus XII. Tabularum congruentia, publice proponere, in quibus, & ius, quod de re quaque dicturi essent & actionum formulæ populo præscribebant. Hæc Prætorum Edicta in unum volumen piulatim collecta sunt: ex quo, sua aetate, iuris ciuilis cognitio.

IURIS ET LEGVM.

cognitionem peti solitam Cicero ostendit,
cum non ex Prætoris Edicto, nec ex XII.
Tab. solum, sed penitus ex intima Philoso-
phia hauriendam esse iuris civilis discipli-
nam monet,

Post Catonem Scæuola in primis legum
Romanarum interpres & custodes fues-
runt. Ac à Cicerone & Pomponio nostro
celebrantur Publius Mutius pater, & Quin-
bus Mutius Scæuola filius & Pontifex ma-
ximus, qui L. Crassi oratoris collega fuit in
consulatu anno urbis 659. Fuit & aliis Q.
Scæuola Augur horum propinquus, gener
Caij Lælij illius sapientis, & socer L. Crassi
oratoris, ad quem Cicero scribit se à patre
ita deductum esse, ut quò ad liceret & pos-
set, à senis latere nunquam discedere: Eoqz
mortuo se ad pontificem Scæuolam venisse:
Quem eloquentium Iurisperitissimum, &
jurisperitorum eloquentissimum passim ho-
morifice prædicat.

Cùm autem hic Q. Mutius Pontifex
Scæuola cuius etiā opus seu definitionum li-
ber in Pandectis citatur, primus ius ciuile

B

Roma.

DE ORIGINE

Romanorum antea dissolutum & dispersum
generatum constituerit & digesserit in li-
bros 18. redigendo: optarim euidem cum
collega sui L. Crassi informationem secutum
esse, cuius apud Ciceronem hæc verbare cor-
damini. Si aut mibi ipsi facere licuerit quod
iam diu cogito, aut aliis quispam, aut me
impedito occupari, aut mortuo efficerit, ut
primum omne ius ciuale in certa quadam ges-
nera digerat que per pauca sunt: Deinde eos
rundem generum quasi quadam membræ
dispertiat: tum propriam cuiusq; vim defi-
nitione declarat perfectam artem iuris ci-
uili habebuis, magis magnam atq; uberem,
quam difficultem, & obscuram. Sed hanc
Crassi methodum ab eo non usurpatam esse
alibi Cicero non obscure significat, cum iuris
ciuili magnum usum sciret, artem vero
soli Servio Sulpicio, qui Ciceronis equalis &
condiscipulus apud Stæudam in iure ciuile
fuerat, tribuit, quod eamqueq; artem didi-
cisset, que doceret rem uniuersam tribuere
in partes latenter explicare definendo, ob-
scuram explanare interpretando, ambiguae
primum videre, deinde distinguere, postre-
mo ha-

LEGVM ROMANARVM.

non habere regulam, qua vera & falsa iudicarentur, & qua quibus propositis essent, quae non essent consequentia.

Vtiam vero nostra etate iuuenes studiosi hanc artem quasi lucem ad ea, quae confusa in multis Iurisconsultorum libris digesta, & responsa sunt, adferrent. Sed quod de sua etatis iurisconsultis Cicero in Topicis queritur, eos Aristotelica vel Dialectica ignorare, idem plurimis nostra etate accidit: quibus & difficultius & infelicius, propter huius artis, quae ceterarum artium ianua & clavis est, ignorantiam, iuris studiū succedit.

Instituit autem Cicero talem Methodum & summam iuris Romani in aureo illo de Legibus volumine, Quas ex ipsis fontibus legis naturae seu naturali Noticia discernebente honesta & turpia, quam Deus ipse mentibus humanis ad imaginem suam conditis insevit, eruditè & splendide derivat: ac in enumeratione Legum, Decalogi ordinem obseruat. Apparet autem ex Quintiliano, & fragmentis, que extant, nec absoluisse

DE ORIGINE

Ciceronem quæ instituerat de iure scribere,
nec ea, quæ absoluit, ad omnia peruenisse.

Cum ergo subinde nouis legibus, &
disputationibus Iurisconsultorum, Trebatij,
Tiberonis, Alfeni Vari, Auli Ostrij, Labeonis
Antistij, Cascellij & aliorum, qui ex Seruij
Sulpitij schola, tanquam ex equo Troiano,
magna copia, profluxerant: & deinde ab
horum discipulis, Ateio Capitone, Labeone
filio, Maturio Sabino, cuius apud Gellium
creberrima mentio fit, Cocceio Nerva, Pro-
culo, Iubentio Celso patre & filio, & ceteris,
Iurisprudentia Romana in immensum cu-
mulata esset: saepe Principes Romani eam ad
certum modum redigere, & ex amplissima
& infinita illa scriptorum copia in certos
paucosq; libros conferre decreuerunt.

Tandem vero Adriani Caesaris etate,
SALVIUS IVLIANVS Iuris. exti-
tit, quem summa authoritatis hominem, &
sublimissimum testem, & prætorij Edicti
perpetui ordinatorem, Iustinianus noster
nominat. Fuit autem proauus (ut id obi-
cer inscram) Didij Juliani, qui postea impe-
ravit.

LEGVM ROMANORVM.

Vauit. Is Iulianus, Pratorum edicta omnia,
quaे quidem recta & iusta & perpetua iu-
risdictionis essent, ordine pulcherrimo diges-
sit, & certum quoddam veluti corpus &
compendium vniuersae Iurisprudentiae Ro-
manæ composuit: Quod EDICTI PER
PETVI nomen accepit, & a Diuo Adriano
Imp. Senatuq; Romano comprobatum et san-
ctum est, ut perpetuò deinceps ex eo ius dis-
ceretur. Huius Edicti archetypum imitarè
& sequi in Pandectarum nostrarum compo-
sitione Tribonianus postea iussus est.

Quare ad hunc fontem, precipui, quos
nunc habemus, Iuris ciuilis libri, referuntur.
Et in primis quinquaginta Pandectarum li-
bri, ex Edicto, & commentarijs ad illud
antiquorum prudentum, quibus authorita-
tem interpretandarum legum Principes
Romani tribuerant, descripti sunt.

Inter hos Edicti perpetui seu urbani
interpretes primus celebritatem adeptus est
CAIVS iurisc. qui Saluio Iuliano Mediola-
nensi & Impp. Adriano & Antonio σύγχρο-
νο fuit. Huius singularem in tradenda

B 3

¶

DE ORGINE

& explicanda iuris doctrina dexteritatem
& perspicuitatem fuisse, ex nostrarum quoque
institutionum proœmio, quas ex Caij parissimum
commentarijs Institutionum & Aureorum seu rerum cotidianarum libris septem,
compositas esse, Justinianus ipse præfatur.
Fuerunt paulò superiores Caio, CELSVS pa-
ter, & filius & Iabolenus Saluij Iuliani præ-
ceptor, & Neratius Priscus, et aliquantò mi-
nores, Ulpius Marcellus, & Serbidius Scæuo-
la. Huius Scæuola & auditor fuit summus ille
PAPINIANVS, Iuris asylum, & summi
ingenij interpres. Ex Papiniani Schola, tan-
quam ex augusto & perenni fonte, amplissima
præstantissimorum Iurisconsultorum co-
pia emanauit: quorum familiaritate & con-
silijs Alexander Seuerus assidue usus est: cu-
ius Imp. vitam, ab AElio Lampridio descri-
ptam, & multis insignibus exemplis ac me-
moria dignissimus stipatam, ut diligenter le-
gant adolescentes, amanter eos adhortor.

Octodecim vero Papiniani discipuli præ-
cipue celebrantur, ex quorum libris Pande-
cta iuris nostri collectæ sunt: in quibus (ut
vere Valla iudicat) nescias, utrum diligentia
en græs

IVRIS CIVILIS,

an grauitas, prudentia an equitas, scientia
verum, an orationis dignitas prestat, & ma-
iori laude digna esse videatur: deniq; quod
haec ipsa ita in unoq; illorum omnia sunt
egregi: & perfecta, ut vehementer dubites,
quem cui preferendum putes.

Primum autem dignitatis locum tunc
apud Imp. tenuit Domitius VLPIANVS
Tyrius, cuius ad Edictum solummodo, 83. li-
bri extiterunt. Deinde Iulius PAVLVS Pa-
tavius, ad solum Edictum libros 80. scripse-
rat, nec quisquam ceterorum, de quibus ali-
quid memoria posteritatis traditum est, hoc
Paulo πολυγαρίθμῳ fuit. Sextus POM-
PONIVS legum & antiquitatis omnis pe-
ritissimus & in extremam usq; senectam
studiosissimus. Fabius Sabinus, Cato ius
temporis dictus est. AElius Gordianus, Gor-
diani Imp. pater. AElius Marcianus, Venu-
leius Saturninus, Africanus, Florentinus, Al-
phenus, Callistratus, Herennius Modestinus
Vlpiani discipulus. Hermogenianus, Claude-
us Triphonius, Volusius Metianus, Claudio-
us Venatus, Terentius Clemens, Papyrius Iu-
sus &c.

B 4 Horum

DE ORIGINE.

Horum præstantium virorum inge-
nijs, sapientia, doctrina, & eloquentia, Ius
Romanum, Alexandri Seueri temporibus,
exultum & illustratum, ad summa digni-
tatis fastigium peruenit. Nec ullis deinceps
temporibus unquam Iurisprudentia
Romana cultior fuit & eruditior. Statim
enim postea bellis ciuilibus & barbararum
gentium incursionibus, diuulso imperio, &
socordia eorum, qui se pro iuris interpretis
bus venditabant, omnis ferè memoria veteris
& vera Iurisprudentia Romana delata
est. Nominatamen antiquorum prudenz-
ium aliquibus nota & in magna authorita-
te & religiosa veneratione erant, sed ita, ut
religionis pars quædam esset, eos non attinse-
gere aut perlustrare.

Fortassè etiam librorum prolixitas &
multitudo plerosq; deterruit, sicut & Insti-
tianus queritur, commentarijs diffusis o-
mnem legum tramitem ita esse confusum,
ut in infinitum extendatur & nullius hu-
manæ naturæ capacitate concludatur. Etsi
enim Theodosius II. Principum posteriorum
consti-

IURIS CIVILIS.

conscientiores in unum codicem digessit quod
adhuc extat: tamen antiquorum pruden-
tum libros, Papiniani in primis, Pauli, Caij,
Vlpiani atq; Modestini scripta generatim
tantum & sineulla distinctione confirmar-
avit & vim legis habere iussit.

Tandem igitur IVSTINIANVS Imp.
inter media bella, hunc dignissimum sapi-
ente & iusto Principe laborem suscepit, &
Iurisprudentia Romanae libros in immen-
sum auctos, ad certum modum redigi, & ex
veterum prudentum libris ad ius Romanum
pertinentibus, pulcherrimum opus & quasi
proprium & sanctissimum iusticiæ templum
consecrari, & uniuersæ Iuris prudentiae Ro-
mana veluti CORPVS in Quinquaginta
PANDECTARVM libros, iuxta ordi-
nem Edicti perpetui, quod à Saluio IVLI-
ANO ante annos 400. compositum D. He-
drianus confirmauerat, digeri curauit.

Principue autem, in hoc opere elaboran-
do, Cancellarij Triboniani, quem Φύσεως
δυνάμις καὶ πολεῖα ἐσ αὐτὸν ἐληλυθένει

B S PROCO-

DE ORIGINE.

Procopius scribit, partes fuerunt. Is collegas habuit, quatuor iuris Professores (quos grecam vocem *τεονυμιδόπος* exprimens imperator, Antecessores nominat,) quorum duo, Theophilus, & Cratinus, Byzantij: Dorotheus vero & Anatolius Beryti in Syria, ubi celeberrima & florentissima iurisconsultorum schola, multis annis fuerat, ius ciuilis docuerant.

His undecim causarum Patronos eruditos Imp. adiunxit. A quibus Priscianum etiam, qui eodem tempore Constantinopoli vixit, Grammaticum quidem, sed literarum & antiquitatis omnis arg, etiam iuris Romani veterum prudentium non minus fortasse peritum quam quisquam aliis ex eo numero erat, exhibitum esse, crediderim. Ab his igitur XVI. viris, P A N D E C T A E uniuersi iuris Romani, iuxta ordinem Edicti perpetui (de quo postea, cum de discendi ratione dicendum erit, monebo) collectae, & in titulos certos digestae, & à Iustiniano Imperatore editae & confirmatae sunt, anno a nato Christo 535. anno Imperij Iustiniani septimo, die 16. Decembris. cum paucis diebus an-

86

IVRIS ROMANI.

le, 21 Nouembris, INSTITUTIONIS
Iuris civilis, eruditissima methodo & elegan-
ti breuitate, initia & summam totius Iuris-
prudentiae ab incipientibus cognoscendam
complectentes, promulgatae essent. Ut autem
in Pandectis, veterum Iuris consultorum seu
prudentum responsa & interpretationes, ita
in CODICE, Principum Romanorum con-
stitutiones & Rescripta, obseruato in singu-
lis titulis temporum, quibus singuli Princi-
pes vixissent, ordine per Decemviro deles
etos coagmentata ediderat quadriennio an-
te, die 16. Aprilis.

Sed absolutis Pandectis, Codicem quoq;
sacrarum constitutionum, antea editum, per
Tribonianum & quatuor collegas relegi &
emendari, & suas etiam constitutiones &
leges conuenientibus titulis, ad perfectarum
constitutionum soliditatē adiungi, Iustinianus
mandauit. Is Codex ex repetita prele-
ctione, quod alterum IVRIS nostri volu-
men pricipuum est, anno Christi 536. anno
Iustiniani 8 die 29. Decembris, publico Imp.
edicto confirmatus est.

Postre-

DE ORIGINE

Postremò Nouella D. Iustiniani constitutions 165. accesserunt, quas totius Iuris civilis colophonem & firmamentum merito appellamus.

Cum autem hi libri legum Romanorum, quos uniuersae Iurisdictionis normam, in omnibus totius imperij iudicij, ad omnem posteritatem esse, Iustinianus volebat, paucis post Iustinianum annis, in Italia, per Gotthos primum, deinde per Longobardos & Francos oppressi & multis seculis ferè sepulti: tandem Lotharij Imp. autoritate, post annum Christi 1130. rursus in lucens & forum ac iudicia Italica & Germania reuocati essent: Pontifices Romani, quia videbant LEGVM ciuilem studijs, Imperatorum autoritatem extollit & armari, metuentes ne suæ Tyranni recens oppressis Impp. Henrico IIII. & V. confirmatae, aliquid decederet: Iuris etiam Pontificij libros, ad immissionem librorum Iuris ciuilis corpus continentium, colligi mandarunt, & sanciuerunt. Ac ut Pandectæ ex veterum Prudentum & iurisconsultorum scriptis contextæ erant, ita DECRETUM Pontificium,

ex us-

LEGVM ROMANT.

ex veterum conciliorum & Patrum ac scri-
ptorum ecclesiasticorum sententijs, maxima
sui parte consutum est, à Gratiano mona-
cho (quem Petri Lombardi fratrem fuisse
quidam indicant) & promulgatum à Pons
tifice, circa annum Christi 1150. Deinde
ut in C. Principum Romanorum rescripta
& constitutiones, ita in Decretalibus s. lib-
bris, Epistole Pontificum Romanorum, dis-
tributa sunt, & promulgata à Gregorio IX.
qui ipse in proœmio scribit eas per Raymun-
dum quendam de penna fortii, Catalanum
capellani suum, qui magister generalis
ordinis predicatorum tertius fuit, compilas-
tas esse. Fuit autem hic Gregorius nonus,
qui Fridericum II. Imp. excommunicauit
circa annum Christi 1226. Postea, ut in No-
uellis constitutionibus Imperator, priora le-
gum volumina partim confirmat, partim
corrigit & emendat, partim nouas Leges &
decisiones addit: Ita Pontifex Bonifacius
VIII. anno Christi 1258. suas & proximo-
rum antecessorum suorum nouas consti-
tiones in Sexto decretalium, itidem in
quinq. libros & eosdem titulos distinctio-
colle

DE IURIS CANONICI

collegit. Huius successor Clemens V. sedem
Pontificiam, in Galliae patriæ suæ urbem A-
uinionem transtulit, & Vienna concilium
celebrauit, circa annum Christi 1310. Huius
concilij decreta, itidem in quinq; libros di-
stributa, titulo Clementinarum octennio
post, Ioannes XXII qui Ludouicum Bauarum
iniustissimis censuris persecutus est, promul-
gauit. Postremo recentiorum Pontificum
constitutiones in Extrauagantium libris
quinq;, consarcinatae sunt.

Ingens autem pelagus interpretum &
scriptorum, commentarios suos, tam iuris ci-
uilis, quam Pontificij, libris assuentium, post
Lotharij & Irnerij tempora emersit. Quo-
rum institutum quia ex diametro Iustinia-
ni conditoris LL. nostrarum voluntati &
mandato repugnat, nihil de ijs hoc tempore,
dicendum esse iudicauit. Meministis enim
verba Imperatoris ex proœmio Digestorum:
Nemo nec eorum, qui in præsenti iuris peris-
tiam habent, nec qui postea fuerint, audeant
commentarios iisdem legibus annexere, nisi
tantum si velint eas in græcam vocem trans-
formare sub eodem ordine, eademq; conse-
quentia,

ORIGINE.

quentia, sub qua voces Romanae posita sunt,
hoc quod Graci nati p̄dæ dicunt, & si quæ
forsitan per titulorum subtilitatem adnota-
re maluerint, & ea, quæ nō cōḡitā nuncu-
pantur, componere. Alias autem legum in-
terpretationes, imo magis peruersiones, eos
iactare non concedimus: ne verbositas eo-
rum aliquod legibus nostris adferat ex con-
fusionē dederis: quod & in antiquis edicti
perpetui commentatoribus factum est, quæ
opus moderate conjectum huc atq; illuc in di-
uisas sententias producentes, in infinitum
detraxerunt ut penè omnem Romanam san-
ctionem esse confusam cerneret. Quod si non
passi sumus quem admodum posteritatis ad-
mittetur vana discordia. Si quid autem ta-
le facere ausi fuerit: ipsi quidem falsitatis
rei constituantur, volumina autem eorum
omnino corrumpantur.

Ex hac simplici & historica narratio-
ne apparet, quæ iurisprudentiæ nostræ origo
extiterit, & per quos viros præcipue excul-
sa & illustrata, & tandem in hos quatuor
libros, Pandectas, Codicem, Institutiones,

&

DE STUDIO IURIS

¶ Nouellas, redacta sit: Qui libri, totum
iuris cuiuslibet & LEGVM Reipublicae neces-
sariarum veluti corpus continent, & Nor-
mam, qua omnia fere totius Europae iudi-
cia, nec tantum lites rerum priuatarum, de
contractibus, de successionibus in heredita-
te de pœnis delictorum, de forma processus
in cognitione causarum seruanda, verum et
iam summae deliberationes de maximis res-
bus, de omnibus vinculis pacis & iusticie, de
causis bellorum, de iure defensionis, de fœ-
deribus, de coniugijs, de singulorum patri-
monijs & domicilijs tuendis reguntur.

Summo igitur studio & contentione
ennitamur, ut hanc Iuris & Legum doctri-
nam, quæ totius Reipublicæ firmamentum
est, rectè & solide discamus, ut cognitis ius-
sticæ & legum fontibus, vera & salutaria
consilia, Reipublicæ & priuatis dare possi-
mus. Qua de re ut me ipsum & alios ope-
rarios meos, sine certa via & ordine for-
tassis in studium iuris nostri ingressos com-
munes faciam: pauca adhuc, de vera & utili
Legum nostrarum studia inchoandi ratione
adiun-

RECTE INCHOANDO.

ediuingam. Nec verò Leguleium aliquem
vel proclamatorem aut rabulam hac oratione
mea instituam, qualem in Rhetorum magi-
stro Lucianus describit pragmaticum, nulla
instructum verà & solida legum doctrina,
sed ex versutorum quorundā formulis tan-
tummodo sapientem, armatum audacia &
impudentia, & vestitu florido, ac famulitio
frequenti sese apud imperitum vulgus ven-
ditantem, & garrulitate ac versutis technis
indoctum iudicem tanquam bubalum nari-
bus trahentem: & cum deliberationibus
& consilijs Principum adhibetur, vel metu
vel seruili assentatione inflectentem senten-
tias, non ad normam Legum diuinarum &
humanarum: sed ad Principum cupiditates:
Quorum Iurisconsultorum sapientia uni-
uersa uno hoc versu comprehenditur, Nempe
cocus domini debet habere gulam.

Qui igitur non inanem doξον θιαν sen-
tumbram iuris, sed sinceram & solidam le-
gum doctrinam, animo complecti, & verus
Iurisconsultus, seu ut Graci dicunt ψωλι-
της, effici cupiet: sequentes commonefactio-

C

nec

DE STUDIO IURIS

mes & regulas, in primo aditu seu inchoatione studij, & quasi foribus iuris recte aperiendis sibi non inutiles fore statuat: si modò ingenium doctrinæ capax, & ad iusticiæ ac veritatis amorem domestica disciplina assuefactum, & humanoribus literis seu cognitione linguae Latinae ac Græcae, & Methodi dialecticæ, ac Historiarum mediocri, ad grauiores doctrinas preparatum & excultum, in iuris scholam secum adferet.

Ingenium.

Optandum certè est, omnes, qui futuri sint iurisconsulti, sic natura institutos & comparatos esse, qualēm Plato suum πολικὸν καὶ Φύλακα πόλεως describit: cūm inquit, Φύσις εἰν μημάνων, εὐμάρτυς, μεγαλοπέπτης, εὔχαρις, Φίλοστεναὶ Εὐγένεις ἀληθῶς, δικαιοσύνης αὐδρεῖς, οὐκ σωφροσύνης.

Educatio.

Deinde ad iusticiæ & virtutis amorem ac cultum, à teneris annis imbutos & assuefactos esse, sicut grauissimum scriptorem politicum, Aristotelem, in aditu eius doctrinæ, scitis monere. Δεῖ τοῖς ἡγετοῖς καλῶς τὸν περὶ καλῶν καὶ δικαιῶν νόον.

RECTE INCHOANDO.

ναὶ ὅλως τῷ πολιτικῷ ἀνερρόφθμον οἰκείως.

Grammatices certè in lingua Latina Studia.
Et Græca cognitione mediocri, instructos esse
sopportet, qui aliquo cuen suo Et Republicæ Lingua.
fructu in iuris Romani studio versari vo=
lent. Ac nomine Grammaticam, quæ vim
Et naturam seu significationem verborum,
phrasis, Et figurarum sermonis Latini ac
Græci propriam Et natuam intelligit, Et in
docendo aut scribendo de rebus propositis,
propria Et perspicua oratione, animi sensa
explicare potest.

Cum igitur latino sermone, Et quidem Latina.
propriissimo ac splendido, leges nostræ scri-
ptæ sint: nec intelligi rectè aut dextrè ser-
mo quicunq; sine præceptis artium dicendi
Et phrasis ac figurarum cognitione possit:
passim etiam Græca Iurisconsultorum rex ^{Græca.}
sponsa, Et Demosthenis, Homeri, Chrysip=pi,
Et c. sententias, libris LL. nostrarum in-
sertas, et Neæq;æ seu Authenticas Iustiniani
omnes, græco sermone editas: imo fontem
rotius iuris nostri, Leges XII tabularum, Et
totam Philosophiam, à græcis acceptam esse

C a constet:

DE STUDIO IURIS
constet: manifestum est, iuris consulto futu-
ro, Latinae & Græcae orationis intelligenda
facultatem mediocrem parandam & con-
iungendam esse.

Dialectica. Methodus vero Dialectica, cum com-
mune organon sit rectè discendi & docendi
quarumcunq; artium materias: profectio et-
iam Iuris studio, discendi artem boni &
sequi, artificiosa quidem methodo in institu-
tionibus summarum comprehensam, sed la-
tissime in vario & immenso causarum &
questionum pelago, & infinita licet &
controversiarum forensium varietate se ex-
tendentem, necessaria est.

Historia. Historiarum vero seu antiquitatis Ec-
clesie & veterum imperiorum ac Exemplo-
rum cognitio ei legibus multum lucis ad fert,
& sàpe in Republica consilium monstrat, &
priuatim in animis amorem virtutis accen-
dit & confirmat.

Quicunq; igitur in hoc nostro cætu, ab
his primarum artium rudimentis, que ne-
cessaria superiorum doctrinarum adminicu-
la sunt, non plane imparati, legum doctri-
nare

RECTE INCHOANDO.

Nam inchoare decreuerimus: hanc nobis communicationem initio proponamus. Cum FONS IURIS & omnium legum honestarum origo prima, sint, non Solonis aëgo esse, non Lycurgi præcepta, non XII. Tabulae, immo saxeæ quidem illæ Mosis tabulae: Sed DEVS ipse seu sapientia mentis diuinæ, aeterna & immota, discernens iusta & iusta; patescere in DECALOGO seu LEGE Dei, naturæ insita, quam Philosophia Moralis evoluit & explicat: sciamus IURIS NOSTRI EXORDIA, non à Prætoris Edicto, nec à XII. Tabulis (ut Ciceron inquit) multo minus ex rancidis interpretum commentarijs: sed PENITVS EX INTIMA MENTE DIVINA & PHILOSOPHIA Morali (qua explicatio est legis naturæ, ex mente diuina in nostras mentes deriuatae, ut vita norma sit) HAVRIENDA ESSE. Quare & Deum fontem iusticiae & legum nostrorum, votis ardentibus precessur, ut mentes nostras suæ sapientiae & iusticiæ radis illustreret, & doceat, & ad intellectum ac amorem iusticiae & veritatis flectat: & Finem

C 3 Studij

DE STUDIO

Studij iuris nostri, in Christianis Scholis &
Finis studij Rebus publicis, constituamus, non quæsum,
iuris. vel ambitionem, sed Deum ipsum, seu sapi-
entiam & iusticiam congruentem cum men-
te diuina, discernentem bonum & æquum,
hoc est, congruens cum regula iusticie, ab ini-
quo & prauo: ut in religionibus, in consilijs
regende Republicæ, in iudicijs forensibus,
in contractibus, & alijs quibuscunq; rerum
priuatarum vel publicarum litibus, quæ iu-
sta, vera, recta sint, intelligamus, & probe-
mus ac defendamus: In iusta vero & praua,
hoc est, cum regulamentis diuina, in LL. di-
uinis & humanis pugnantia detestemur &
fugiamus: atq; ita non solum professione ac
titulo, verum etiam vita & moribus, Sacer-
dotes boni & æqui, & iuris diuini ac humani
antistites, efficiamur, sicut Ulpianus noster
grauissimè loquitur. Qui iurisprudentiam
ipsam definit esse legum diuinorum & hu-
manarum scientiam. Et Plato Νομοθεσία
sua ab invocatione Dei orditur, & de fine
villius sanctissimè admonet, Εὐσέβιος εἶναι
πνοπόν, ἵδι σοχάζεσθαι τὸν νομοθετήν τα.

Semper

FVRIS.

Semper itaq; in iuris studio, ad hunc scopum, & ad mentem seu legem diuinam, cuius noticia discernens recta & prava, naturae nostrae diutnitus insita, & legum nostrarum fons est, respiciamus. Hunc fontem legum naturae, cum Philosophiae pars ea quam in Iudicis regis politice nominant, aperiat, & erudit ex explicet, ac quomodo riuui legum humanarum, partim demonstrationibus, partim honestissimis & probabilibus rationibus, inde deducantur, ostendat: totam iurisprudentiae nostrae doctrinam, monstratis illius fontibus primis, luce sua illustrat, & intellectu faciliorem reddit, ac veluti munimentum ac propugnaculum est legum ciuium, quarum principia & rationes, quae sunt anima legum, ex iure naturae deriuantur.

Philosophia
moralis.

Quare singulari cura & attentione, iuris Tyrone, & Ciceronis libros de Legibus, qui originem iuris uniuersi ex natura mentis humanae ad imaginem Dei conditae & distinctione iustorum & iniustorum illustrata, eruditissime detexit: (Cuius exemplum Connarus in exordio aurei illius sui ff operis

C 4 feliciter

ETHICA

feliciter imitatus est) & Aristotelis Ethica,
ac in his quintum in primis librum, addita
D. Philippi enarratione utilissima, cognos-
cant.

Platonis etiam Leges & Aristotelis po-
litica adiungant, qui volent. Nec existi-
ment se, cum a Ciceronis vel Aristotelis lec-
tione ad Iurisconsultorum doctrinam acce-
dunt, in nouum planè orbem venire, sed fe-
rè eandem doctrinam de legibus utrobique
tradi. & fontes planè eosdem esse sciant, vi-
delicet legem natura instam, cuius summa
in Decalogo comprehensa, & in Philosophia
morali explicata est: sicut iuris nostri anti-
stites, Pomponium, Paulum, Martianum &
alios, in ipso Pandectarum vestibulo, sen-
tentias Philosophorum, Theophrasti, Chry-
sippi & oratoris Demosthenis, alibi etiam A-
ristotelis, Platonis & Ciceronis, ad verbum
recitare videmus.

Cum igitur Ethicae doctrinae elementa,
adolescens mediocriter didicerit, tum se in
vestibulum iurisprudentiae iam peruenisse.
& fores totius doctrinae statim & recta se
ingredi deinceps posse statuar.

Six

INSTITUTIONES.

Sit igitur hæc de studio iuris rectè ins-
choanda commonefactio. Ut in omnibus ar-
tibus, initio breuem ὑποτύπων totius do-
ctrinæ, certaratione & methodo in paucos
locos, qui eruditis definitionibus & partiti-
onibus illustrentur, distributam proponi di-
scientibus necesse est: Ita IVRIS ciuilis
studium ingressurus, sciat, Quatuor IN-
STITUTIONVM libros, artificiose ordi-
ne initia & summam doctrinæ iuris expla-
cantes, diligenter & accurate sibi cognosien-
dos, & tantisper legendos ac relegendos esse,
donec tota illa series & epitome locorum do-
ctrinae iuris, ad quos ampliss: & immensum
pelagus legum & disputationum forensium,
tanquam ad suas metas, aptè & dextrè re-
ferri potest, penitus intellectu & memoria
suerit comprehensa.

Vinam verò in Academijs omnibus,
aliqui institutionum Doctores essent, qui ad
tyronum iuris utilitatem & captum se des-
mittentes, initio Grammatica & Dialecti-
ca, ut sic nominem, hoc est simplicissima &
breui indicatione ordinis ac methodi loco-

C. S. TUM.

INSTITV-
rum doctrinæ iuris, artificiosissimè in insti-
tutionibus contextæ. (Tametsi hanc etiam
sine Doctoris opera, diligens & attentus lez-
ator per se ipse animaduertere facile potest)
deinde obscuriorum & propriarum huic
artis vocum, & Historiarum, que ad titu-
los aliquot & citationes veterum legum in-
telligendas necessarie sunt, explanatione,
Institutiones illustrarent & paucis mensibus
finirent.

Quibus vero talis Praeceptoris copia non
dabitur, hi per se ipsi Institutiones diligen-
ter & accuratè, aliquoties perlegant: & in
secunda lectione eruditum aliquem earum
interpretem, ut Franciscum Baldurium, vel
Hotomannum, adiungant.

In primis vero artificiosissimum ordi-
nem & methodum obseruent, qua IVSTINE-
ANVS in hoc libello uniuersam Iuris ciui-
lis doctrinam eruditè summaromi, neq; ut
pias ouisio[n]es ayg: dum à Iuris & legum
definitione & diuisione exorsus, Iurispru-
dentiam totam in tres partes seu locos prin-
cipales distribuit, cum omne Ius, vel ad
PER.

TIONES.

PERSONAS, vel ad RES, vel ad ACTIONES seu IUDICIA pertinere ostendit: ac deinceps eo ordine, quo proposuit, singulas partes euoluit & explicat.

Ac in primo libro PERSONARVM discriminatoria, & conditiones ac officia liberorum & Seruorum, Parentum & Filiorum, Tutorum, & Pupillorum, Curatorum & adulorum pertractat.

In secundo & tertio libro, de RERVM dominij instè acquirendis & præcipuis easrum speciebus explicat: Quæ partim corporales sunt, partim incorporales, ut, Servitutes prædiorum, Vsus fructus, Vsus, Hæreditas ex Testamento, vel ab intestato obueniens, Obligationes ad certum aliquid præstandum vel luendum vel ex Contractibus, vel Delictis personarum existentes. Quæ materiæ, Contractuum præcipue inter viuos, & Successionum in bonis defunctorum, & pœnarum in delinquentes &c. magnam & difficillimam iuris nostri partem occupant, & in foro & praxi nostra etate potissimum agitantur. Itaque ijs reætè cognitis, aditus facilior ad plerarumq;
contro-

INSTITUTIONES
controversiarum forenium dijudicationem
aperitur. Quartus liber initia doctri-
nae de Iudicijs ciuilibus, Praetorijs, & cri-
minalibus, seu de Actionibus complecti-
tur, Quae sunt ministrae & executrices iuris.
Personarum et Rerum, & ad finem iurispru-
dentiae & iusticie obtainendum potissimum
directae sunt, ut videlicet ius suum cuique
auxta leges a iudice tribuatur.

Hac singularum partium distributione
& serie considerata, facile ingeniosus alio-
quis, Institutiones, mediocri adhibita dili-
gentia: totus memoria complectetur & ad
verbū ediscet. Quibus veluti PmQoeḡ pri-
mi huius rudimentii studiorum iuris, adiun-
gere Titulos de Regulis iuris, & de verbo-
rum significationibus, addita Alciati expli-
catione eruditissima poterit.

Cum hoc modo Iagoge & summa do-
ctrinae iuris, animo & memoria penitus
comprehensa & infixa fuerit: tum in ipsa
penetralia iurisprudentiae tandem ingredi-
endum, & PANDECTARVM, que
vni-

PANDECTAE.

universam aqui & boni scientiam, & integrum iuris civilis corpus continent, lectio sue. scipienda, & ex ipso fonte, non ex sordidis aliorum riuulis, Legum sapientia haurienda est. Nam hunc discendi iuris ordinem Imperator ipse in proæmio Pandectarum prescrivit.

Vt autem Theologiae studiosos plerosq; videmus, locos communes tantum & cateschismum discere: ac commentarijs & aceruis dictatorum colligendis multò plus temporis quam textui sacrarum literarum, quæ sunt unicus & solus, veræ de Deo doctrinæ fons limpidissimus, tribuere: ita dolendum est plerosq; iuris civilis studio deditos, ex interpretum lacunis potius quam ex Textuum fontibus, iuris latices libare. Imò multos iuris Doctores eximios perhiberi velle, qui toto vitæ suæ tempore, ne semel quidem Textus librorum iuris ordine perlegerunt.

Quicunq; igitur veram & solidam legum doctrinam animo complecti cupiet: Is TEX-TVS legum, ac præcipue natusq; universi iuris nostri, diligenter & attente cognoscat, & nocturna ac diurna manu verset.

Opus

DE STUDIO IURIS

Opus est autem ingredienei amplissimum illum iuris, non quidem labyrinthum, sed thesaurum, plurimarum & diuersissimorum rerum capacissimum, duce aliquo & via monstratore: qui Methodum & seriem operis, admirando & pulcherrimo ordine contextam, ostendat: & singulorum Titulorum, eo, quo descripti sunt, ordine, summas seu explicaciones breuissimas, vel ad locos methodi dialecticæ, vel ad Edicti verba relatas, initio Tyronibus Iuris proponat. Nam, ut in priori meæ Orationis parte monui, Dispositio Titulorum in Pandectis, ad Edicti perpetui, à Saluio Iuliano compositi, seriem accommodata est. In quo post breuiter delibata juris principia, & Personarum ac Rerum diuisiones, Iudicia & Actiones præcipue, hoc est, quomodo in iudicio agi & suum cuig[us] tribui in singulis causis debet, ordine recitatæ sunt.

Itaq[ue], in Pandectis etiam, Titulorum & legum omnium ordo, ad rationem iudiciorum & fori, & actionum seriem, directus est, magis, quam ad Isagogicam illam rerum natura

RECTE INCHOANDO.

Natura cognatarum explicationem coniungit.
Etiam, quæ in institutionibus seruata est.
Scitis autem Imperatorem ipsum, Pandectarum corpus totum, in septem membra parti-
ri. Ex quibus PRIMVM & nostra, hoc
est, prima iuris & iudiciorum principia &
elementa continet. Nam post iuris & le-
gum, & obiectorum iuris, videlicet, Perso-
narum & rerum divisiones, primis octo ti-
tulis absolutas, statim Præparatoria iudicio-
rum ac fori exponuntur: de Iudicibus &
Magistratibus ad quos Iurisdictio pertinet:
de aduersario, permisso iudicis, in ius vocan-
do: de edenda actione: de ijs, quæ edita
actione ante litis contestationem incidere
solent, videlicet de pactis & transactionis
bus, de postulationibus pro se, vel alio, de re-
stitutionibus in integrum, de compromissis
in arbitros. His iudiciorum præparatoriis ab-
solutis, ipsa Iudicia & actiones omnes, qui-
bus & res ipse de quibus disceptatur & iura
omnia continentur, ordine Imperator expo-
nit. Cum autem iudicia omnia, vel ciuitalia sint,
vel Præatoria, vel criminalia: & ciuiles actio-
nes, vel e rebus ipsis aut facto aliquo, sine
vullo

D'E STYDIO, IVRIS

ollo personarum contractu precedente, exi-
stant : vel ex conuentionibus & negotijs
hominum inter ipsos habitis, aut de rebus
credendis vel permutandis, aut de Personis
per nuptias copulandis, vel tuendis, aut Te-
stamentis mortuorum, emergant: Iudicia et
iam & actiones ciuiles hoc ordine in Pandex
Etis expositæ sunt, ut SECUNDA pars
pandectarum, iudicia Realiæ, quas vendica-
tiones nominant, & quedā personalia, que
non ex contractu aut maleficio sed facto cuius
paucæ existunt, & quedam ex his mis̄ta se-
ptem libris complectatur. TERTIA pars
à libro XII. usq; ad finem decimi noni, IV-
DICIA rerum creditarum & CONTRA-
CTIVM naturas fusissimè exponat.

QVARTA, proximis libris octo, de Pi-
gnoribus, Erictione, usuris, & alijs rebus
materiæ contractuum annexis, deinde iura
coniugiorum, dotium & Tutelarum explicet.

QVINTA à libro 28. usq; ad finem 36.
De Testamentis, Legatis & Fidei commissis.
SEXTA, Possessiones bonorum & interdi-
cta, libris 8. SEPTIMA, Stipulatio-
nes, iudicia criminalia, Appellationes, iu-

61628

DE STUDIO IURIS.

dicia extra ordinaria, & postremo velut
mīan: Φαλάγωσι iuris, expositis verborum
significationibus, & rerum omnium regulis,
complectatur.

Quod si Doctoris perspicua & simplicia
breuitate Titulorum in ff. seriem & sum-
mas methodice explicatis, copia non pra-
beatur: tum Matthæi Uvesenbecij in omnes
50 ff. libros Paratitla eruditissima, vel Ioas-
chimi Hopperij ad Pandectaras iuris civilis
commentarios breuissimes et vere methodicos,
lectioni Pandectarum studiosi adiungant.
Poterunt & Budæi annotationes & Alciati
parerga & disputationes, ad veterum in ff.
& C. legum verba & phrases recte intelli-
gendas, & restituendam in multis locis le-
ctionem corruptam, ut sliter adhibere.

Cum hoc modo semel aut bis perlectus
fuerit Pandectarum Textrum, altera deinde
cura sit, ut in singulis Titulis seu locis com-
munibus iuris, Leges que sine magna metho-
dica cura, ut appareat, congestæ sunt: in locos
methodi Dialectica, Definitiones, Diuisio-

D

nes,

DE STUDIO IURIS

mes, Causas efficienes, Materiam, Formam, Fines, Effectus seu Actiones inde ori-
entes & singularum cognata & pugnantia,
studiosi digerant.

Deinde Codicis etiam libros XII. in
quibus ad eosdem Titulos, principum Roma-
norum constitutiones, non methodi sed tem-
poris ratione tantummodo habita, distribu-
tae sunt, & Nouellas Iustiniani constitutio-
nes, studiosi legant: & tum ex hisce libris,
tum ex iure Canonico etiam, præcipua legum
capita, ad locos, methodi sub titulis ff. conve-
nientibus reponant. Ita integrum ferè &
perfectam præceptorum iuris civilis doctri-
nam, magis amplam atq; uberem, quam dif-
ficilem & obscuram, studiosi σωματολεῖ,
& intelligentia ac memoria complecti, &
ex uniuersalibus hisce præceptis, exercitatio-
ne assidua, & usū, qui artium magister est,
accedente, singularia etiam negotia iudicare
rectius poterunt.

Quare hac summa & methodo uniuer-
salium iuris præceptorum mediocriter de-
gustata, in eo potissimum elaboret iuris stu-
diosus, ut se præstanti alicui, & usū perito
iuris consulto, interiore etiam & domestica
famili-

RECTE INCHOANDO.

Familiaritate adiungat, cuius iudicia de controvrsijs singularibus, & legum applicaciones, & processum in actionibus & iudicijs, diligenter & accurate obseruet & imitetur.

Atq; in hac potissimum parte studij iuris in forum atq; usum preferendi, magno admimento & presidio est Guilelmi Durandi episcopi Mimatensis, quem Speculatorem vulgo nominant Liber, in quo corpus doctrinae Iuris mediocri ordine distributum in lucem atq; aciem iudiciorum & fori producere docet.

Sed non tantum in litibus & causis forvensibus agendis, verum multò magis in docendo & interpretando iure, in constitutendis vel reformatis iudicijs, in regendis consilijs maximarum deliberationum in rotta Republica, Iurisconsulti eximij doctrina, fides, sapientia, iustitia, fortitudo & industria lucebit & conspicietur. Itaq; ad hac maximarum rerum consilia gubernanda, studiosi, se, vera Dei invocatione, & diligentia in Iuris diuini ac humani doctrina recte & solidè discenda, & amore veritatis ac iusticie ceterarum virtutum ornamenti, preparent.

D 2 CIMS

DE STUDIO IVRIS.

Cum autem de inchoatione tantum
primo ingressu studij iuris recte instituen-
do, me dicturum esse proposuerim. finem di-
cendi hoc in loco faciam. Et a praeceptoris-
bus nostris, tanquam ab artificibus doctrinae
iuris, reverenter peto, ut quae in hac iuhende
& tenui adumbratione initiorum studij ius-
ris deesse, vel minus commode & dexterè
me tradita esse censebunt, comiter emen-
dant: & tum ingrediendi huius studij vi-
am planiorem & rectiorem, Tyronibus iuris
auidè eam sibi monstrari potentibus, ostend-
ant: tum vero exædificationem integrum
& fastigium totius doctrinae, in rudi
bac mea delineatione omissum,
benigne adiungant.

DIXI.

CHRONOLOGIA

BREVIS IURIS P.R.V.
dentiæ Romanæ: & Legum lato-
rum seu magistratum ac Iuris-
consultorum illustrium, & Ro-
manorum Cæsarum, quorum le-
ges in Codice collectæ sunt, suc-
cessio: lucem adferens L. ij.
ff. de origine Iuris &
toti Codici.

Anno | Ante
mundi. | Christum.

3212. 750. Krbs. ROMA, à Romulo,
condita, & religione, legibus,
senatu, curijs, præsidij, & ar-
mis munita est, Liuius lib. 1.
Leges à Romulo latas recitat Di-
onysius Halicar. lib. 2.
3250. NVMA Pompilius omnis diuini
& humani Iuris consultissi-
mus, urbem nouam, iure, le-
gibusq; ac moribus de integro
condidit, ac Iuris Pontificij
auter præcipuus extitit, Liuz-
D 3 us lib.

Anno
mundi.

CHRONOLOGIA

- us lib. Plutarchus in vita Nu-
ma. Dionys lib 2. Fuit οὐρανος
v@ Manassis regis Iuda.
3923. *TULLVS Hostilius, Albam di-*
ruit.
3325. Anac Martius, nepos Numa:
ex filia, ius Feccalium descripsit.
3349. Tarquinius Priscus Demarati Co-
rinthij filius.
Huius temporibus Ierosoly-
ma euersa, & Iudaei, in Babyl-
lonem abducti sunt.
3387. Seruius *TULLIVS*, Leges de con-
tractibus, de censu ciuium, &
alias multas & honestissimas
tulit. Quas Dionys Hal. lib. 4
copiose exponit.
SOLON Atheniensibus Leges tu-
lit, quas legati Romani post
annos 130. descripserunt.
3421. Tarquinius Superbus tempore
Cyri & Cambysis.
Sex. Papyrius, Leges Regias in
unum librum composuit, qui
lus Papyrianu vocatur. Quod

cita-

Anno
mundi.

3456.

3464

3511.

IVRIS ROMANAE.

citatur ff. de verb. sign. L. 144.

& à Macrobius lib. 13. cap. 11.

Exactis Regibus (anno 1). Darij
Hystaspis) CONSULES pri-
mi Romæ constituti, & Lege Tri-
bunitia Iunij Bruti, Tribuni ce-
lerum (Nam Tribuni Plebis
tunc nondum fuerunt) Imperi-
um Regium, & Leges, quæ ad il-
lud stabiliendū spectabant, ab-
rogatae sunt. Sed cæteræ Romuli,
Numæ, & Seruij regum Leges,
Reipublicæ utiles, restituta &
confirmatae sunt. Dionys. lib. 5.
Dictator, primus Romæ circa hæc
tempore creatus est.

LEGES SACRATAE à populo, qui
in sacrū montem secesserat, la-
ta, & TRIBVNI PLEBIS præ-
mum creatae sunt. Livius lib. 2.
Dionys. lib. 7.

Eodem tempore AEdiles ex Ple-
be duo constituti sunt.

Tres Legati Athenas missi sunt,
ut inclytas Solonis Leges
describerent, & altarum

Dicitur Graecia

Anno
mundi.

CHRONOLOGIA.

Græcia ciuitatum instituta,
mores, iurag^z, cognoscerent,
anno post electos Reges 55;
cum Pericles ciuitatem Atti-
cam tunc florentem guberna-
ret, annis 24. ante initium
Belli Peloponensiaci.

3514.

LEGES X. TABVLARVM,
Fons omnis publici priuatiq^z
Iuris Romani, à Decemviris,
Appio Claudio, & ceteris,
per lacē sunt.

3516.

Biennio post due tabule adiecte
sunt, anno ante Christū 446.
anno urbis Romae. 305. anno
post electos Reges 60.

3523.

CENSORES primū consti-
tuti sunt.

3557.

Quæstores ex plebe primū cre-
ati sunt Luius lib. 9.

3576.

Roma à Gallis capta, per Camil-
lum liberata est, anno 19. post
Athenas à Lysandro captas.

1820.

Anno
mundi.

3600.

3634.

3653.

3661.

JURISPR. ROMANAÆ:

389. & Ratiōnē quibus in ur-
be diceret. & A Ediles Cui u-
les primum Roma creati sunt.
Liuius lib. 7.

ALEXANDER MAGNVS,
Babylone capta, Monarchi-
am Persicam destruxit.

442. Appius Claudius pronepos
Decemviri, Iuris & eloquen-
tie consultiss: (lib. 10. Liuij,
pag. 228 232) Censor viam
Appiam stravit, & aquam
Claudiam induxit, Liuius lib.
9. pag. 212.

447. Consul i. fuit. pag. 219. COS.
II. lib. 10. pag. 228. 229. Liuij.

450. Cn. Flavius. scriba Appij
Claudij, Ius ciuile repositum
in penetralibus. Pontificum
euulgauit: Fastosq; circa fo-
rum in Albo proposuit, ut
quando & quomodo lege agi
posset, sciretur. Liuius lib. 9.

D s. in fin.

Anno
mundi.

CHRONOLOGIA

- in fine). Cicero pro Mure
na.
- Eodem tempore Fabius Pictor,
Historiae Romanae scriptor viii
xii, quem Liuius sepissime
laudat,
453. Lex Valeria, ne quis ciuem
Romanum, qui prouocasset, viri
gis caderet, aut necaret : reno-
uata.
3683. 471. Bellum cum Pyrrho rege Epi-
rotarum, quem in urbem non re-
cipiendum esse Appius Claudi-
us suadit. lib. 12. Liuij.
3684. 473. Tib. Coruncanus, qui Romae
primus publicè Ius ciuile profes-
sus est, COS. fuit tempore Ptol.
Philadelphi.
3700. Primi belli Punici initium, quod
23. annos duravit.
3696. 485. P. Sempronius, quem P. R.
οὐρανοῦ appellauit, COS. fuit.
3711. 500. Tib. Coruncanus, Pontifex
Max. à plebe creatur, tempore
Ptol. Philad. Liuius lib. 18. Ca-
cerolib. 3 de Orat.

530

Anno
mundi.

3747.

3767.

3744.

3783.

3791.

IURISPR. ROMAN.

336. Q. Fabius ad Carthaginenses legatus missus est anno 1. belli Punici secundi.

356. Egregie cordatus homo catus AELius Sextus author Triperitate, COS. fuit, triennio post fratrem P. AELium.

Publius Atilius, seu potius L. Atilius, quē Cicero in Lælio sapientem appellatum esse dicit, quia prudēs in iure ciuile putabatur.

365. Scipio Nasica Iurisi. vir optimus à senatu appellatus (Liuius lib. 29.) Scipionis Africani patruelis. COS. fuit. Liuius lib. 36.

370 M. Cato, princeps, Portiae familiae, Iuris peritissimus, Censor fuit. Liuius lib. 39.

Huius filius etiam libros de iure ciuili egregios reliquit, teste Gellio.

380 P. Mutius Scæuola, COS. & Pontif. Max. qui decem libellis Ius ciuile fundavit, Huius ius meminit Cicero in Topices.

605

Anno
mundi.

3816.

3860.

3860.

CHRONOLOGIA.

605. M. Manilius *Iurisconsultus*
COS. fuit anno 1. Tertij belli
Punici. Huius M. Manilij
meminit Cicero de Oratore li-
bro 1. & 3. do cl. Ora.

D. Brutii *Prætorij libellorum Iuris*
civilis trium initia recitat. Ci-
cero lib. 2. de Orat.

649. P. Rutilius Rufus *Iuriscon-*
sultus & Gracie literis
eruditus, COS. fuit. Cicero
de cl. Ora. Caij Marij legas-
rus in Asia fuit, postea iniuste
damnatus in exilium iuit.

Q. AElius Tubero, *Stoicus ille*
Panetij auditor, qui in publico
epulo lectulos ligneos pellibus
hædinis stravit & vasæ famiæ
apposuit: Quam frugalita-
tem Seneca laudat, Cicerò pro
Murena irridet.

Coelius Antipater *Iurisconsultus & hi-*
storiæ scriptor.

L. Licinius *C R A S S V S, eloquen-*
tum Iuri peritissimus. C O S.
fuit. Q. Mu-

Anno
mundi.

IURISP. ROMAN.

Q. Mutius Scævola Iurisperitorum
eloquentissimus. L. Crassi in
Consulatu collega fuit. Vide
Ciceronem de claris Oratori-
bus. & lib. 1. de Orato.

Aquilius Gallus & Lucilius Bal-
bus, Q. Scævolae auditores, à
Cicerone, de cl: Ora in Offi-
cijs, Topicis & alibi celebran-
tur. Preceptores fuerunt.

3914.

703. SERVII Sulpitii
Iuris. qui COS. fuit biennio
ante initium belli ciuilis. Hu-
ic scriptæ sunt aliquot Cicero-
nis Epistole lib. 4. & Epicedi-
on insigne Philipp. Obiit au-
tem in legatione ad Muti-
nam anno primo Augusti.

CICERO de LEGIBVS libros
circabec tempora inchoauit.

3922.

711. TREBATIVS, cui Topica Ci-
cero inscripsit, Augusto Cesa-
ri postea familiaris fuit.

Aulus

Anno
Christi.

3.

CHRONOLOGIA

Aulus Cæsarius, Q. Mutij Scæs
uola auditor, cuius in Oratione
Ciceronis pro Cornelio Balbo
mentionem fieri existimo.

Q. Tubero, gener Seruij, Sulpitij,
accusatur Q. Ligarij, quem Ci-
cero defendit, Iuris publici &
priuati doctissimus habitus est.

Alphenus Varus, Sulpitij audi-
tor, COS fuit anno 44. Augusti.

Aulus Ofilius de LL vicesima he-
reditatum, & de Iurisdictione
primus conscripsit. Et dictum
Prætoris primus diligenter com-
posuit.

Labeo Antistius pater.

Cinna & Namula citantur ff. de
condit. & Demonst. L. Quibus
diebus.

Ateius Capito, A. Ofiliij auditor,
in his quæ ei tradita erant, per-
severauit. COS. sub Augusto,
& Tiberio Imp. familiaris.

Labeo Antistius filius, fiducia
ingenij & doctrine plurima in-
nowauit.

TEM.

Anno
Christi.
70.

JVRISCON. ILLVSTRIVM.

TEMPORE TIBE-
rij Cæsaris.

Masurius Sabinus
Capitonis audi-
tor, cuius saepe me-
minit Gellius.

C. Cassius Longi-
nus COS. natus
ex nepte Seruij
Sulpicij. Postea
pulsus à Nerone,
à Vespasiano re-
uocatus est. Ab
hoc Cassianorum
secta extitit.

Cælius Sabinus tē-
pore Vespasiani
Cæsaris.

Priscus Iabolenus
præceptor Saluij
Iuliani à Vespas.
usq; ad Antonini
dj tempora.

72.
700.

Cotceius NERVA
Labeonis auditor, Ti-
berio Cæsari familia-
ris. Cornelius Tacitus
lib. 4. 5.

PROCY- NERVA
LVS a quo filius.
Proculani.

Pegasus præfetus
urbis sub Vespasiano.

Iubentius CELSVS
pater.

Iub. Celsus Nera-
lius COS. tius
anno Chri- Priscus.
sti 115 &
132.

D. HADRIANVS
Imp. Augustus

SAL-

Anno
Christi.

130.

JVRISC. ILLVSE.

SALVIUS IVLIANVS compo-
suit EDICTVM PERPE-
TVVM, quod D. Hadrianus
Imp. confirmavit, ut perpetuò
deinceps ex illo ius diceretur.
Ad cuius edicti archetypum
PANDECTAE Iuris nostri
digesta sunt. Fuit consiliarius
Adriani, Antonini Pij & Phi-
losophi Imp.

130.

Imp. ANTONIVS IPIVS A
Σύγχρονοι ipsi fuerunt.
CAIVS Iurisc. insignis, ad Edi-
ctum & in leges XII Tabul.
& Aureorum sevcerum cotiz-
dianarum & institutionum
libri sepissime in Pandectis
laudantur.

131.

Aurelius Valens.

TERTVLIANVS, a quo S.

C. Terrylianum appellatur.

Vlpius Marcellus.

DIVI Frarres M. ANTONI-
NVS & L. VERVS Imp. A.
A.

Serbi

Anno
Christi.

TVRISC. ILLVSR.

194.
195.
200.

213.
221.
225.

230.

238.
241.
247.
252.

- Sebidius cœuola, consiliarius
M. Antonini Philosophi,
Præceptor Papiniani.
Imp. AELius Pertinax.
SEVERVS & Antoninus Ca-
racalla.
PAPINIANVS summi ingenij
& doctrina Iurisconsultus,
Cancellarius Seueri Imp.
Imp. Antoninus Caracalla.
Imp. Heliogabalus A.
Imp. ALEXANDER SE-
VERVS A.
Huic Alexandro Seuero fa-
miliares fuerunt, Iurisconsul-
ti, Papiniani discipuli.
VLPIANVS Tyrius cancellarius.
Iul. PAVLVS Patainus.
Sex. Pompeianus, Mestinus, Cal-
istratus, Saturninus, Marti-
anus, AEmilius Macer. &c.
Imp. Iulus MAXIMINVS A.
Imp. Gordianus A.
Imp. PHILIPPVS A.
Imp. DECIUS A.

E Anno

Anno
Christi.

254.

258.

261.

271

273.

280.

286.

287

288.

289.

307.

310.

341.

344.

CHRONOLOGIA.

Impp. GALLVS & VOLV-
SIANVS AA.

Impp. Valerianus & Gallienus
AA.

Impp. Gallienus & Valerianus
iunior, patre à Persis capto,

Imp. Claudius A. (AA.)

Imp. Aurelianus A.

Imp. Probus A.

Imppp. Carus, Carinus & Nu-
merianus AAA.

Impp. Carinus & Numerianus
AA.

Imp. DIOCLETIANVS A.

Impp. Diocletianus & Maximi-
anus AA. & CC.

Impp. Constantius & Maximia-
nus Galenus. AA.

Imp. CONSTANTINVS
magnus A.

Imppp. Constantinus Iunior,
Constantius & Constans
AAA.

Impp. Constantius & Constans
AA.

Anno

Anno
Christi.

IMPERATORVM , QVORVM
constitutiones in Codice
extant.

354. *Imp.* Constantius solus.
360. *Imp.* Julianus C.
367. *Imp.* Iouinianus A.
368. *Impp.* Valentinianus & Va-
lens AA.
372. *Imppp.* Valentinianus, Valens,
& Gratianus AAA.
379. *Imppp.* Valens, Gatianus & Va-
lentinianus II. AAA.
382. *Impp.* Gratianus & Valentini-
nus II. AA.
383. *Imppp.* Gratianus, Valentinia-
nus & THEODOSIVS
AAA.
387. *Imppp.* Valentinianus Theodo-
sius & Arcadius AAA.
395. *Impp.* Theodosius & Arcadius
AA.
397. *Imppp.* Theodosius, Arcadius &
Honorius AAA.
400. *Impp.* Arcadius & Honorius
AA.
#12. *Impp.* Honorius & THEO-
DOSI

Anno
Christi.

CHRONOLOGIA.

DOSIVS junior AA.

Hic est Theodosius, qui Constitutiones principum Romanorum in unum Codicem colligit, qui adhuc extat.

428. Imp. Theodosius junior & Valentianus III. AA.

454. Imp. Valentinianus III. Martianus AA.

459. Imp. Martianus solus.

461. Imp. Leo A.

471. Imp. Leo & Anthemius AA.

478. Imp. Leo junior & Zeno, qui Theodoricum Veronensem in Italiam misit.

494. Imp. Anastasius A.

521. Imp. Iustinus A.

528. Imp. Iustinus & Iustinianus AA.

529. Imp. Iustinianus Augustus solus.

530. 3. Codex Constitutionum Iuris, seu Rescriptorum principali-
lum a Iustiniano editus, 16. Cap.

Anno
Christi.

IMPERI

533.

4. IVSTINIANVS mandat

Triboniano, & collegis ipsius,
Theophilo, Professori iuri-
ris in schola Byzantina, Do-
rotheo Professori in ube Be-
ryto, & ceteris XVI. viris,
ut omne Ius Romanum, ex ve-
terum Prudentum libris, jux-
ta ordinem Edicti perpetui, &
Salvo iuliano olim composi-
ta, in unum corpus digerant.

534.

7. AEFERICA, quam Vandali
tenuerant, à Belisario Iustini-
ans Duce recepta est.

PANDECTAE Iuris civilis ab-
solutæ & editæ sunt, die 16. De-
cembris.

INSTITUTIONES Iuris ci-
vilis editæ & confirmatæ sunt
paucis diebus ante 21. No-
vembri.

S. CO

Anno
Christi.
535.

536.

CHRONOL.

8. *CODEX Constitutionum Principalium, ex repetita prælectione, promulgatus est die 29. Decembris.*


9. *NOVELLAE Constitutiones prima 2. 3. & sequentes usq; ad 16. editæ. Reliquas Nouellas & alias res Iustiniani præcipuas in quos annos inciderint, Chronologia annorum mundi, Herodotea & me adiuncta ostendit.*

FINIS.

um
re-
die

itu-
tes

res
an-
n-
me



fb 1846



5b

MP.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

